

Melior conditio nostra per servos fieri potest: deterior fieri non potest pag. 133. Fallit in delictis, & damnis per servos datis, ubi dominus tenetur vel damnum reparare, vel servum noxam dare, tit. *l. i. ff. de noxal. action. & reg. 149. ff.*

Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest, reg. 134. §. un.

Bona fides tantumdem possidenti prestat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est, reg. 136. si lex impedit, est mala fides iudicialis, seu civilis, quae impedit usucapionem.

Qui auctore iudice comparavit, bona fidei possessor est, reg. 137.

Omnes actiones, quae morte, aut tempore pereunt, semel inclusae iudicio salvo permanent, reg. 139. nam in iudicio quali contrahitur, contractus autem transeunt ad heredes.

Uni duo pro solido heredes esse non possunt, reg. 141. §. un.

Non omne, quod licet, seu promittitur, honestum est, reg. 144.

Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum prestare debet, reg. 149.

Factum cuique suum, non adversario nocere debet, reg. 155.

Invidius nemo rem cogitur defendere, reg. 156.

Aliud est vendere, aliud venditori consentire, reg. 160. pr. & §. 1. referitur ad universos, quod publice fit per majorem partem.

Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest, reg. 174. in fin.

Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris inultus faciendi, reg. 176. non facienda per iudicem, si nequeunt per privatos.

Si nihil facile mutandum est ex solemnibus, tamen ubi equitas evidens poscit, subveniendum est, reg. 183.

Valent quoad solemnitates accidentales, raro quoad substantiales.

Vani timoris justa excusatio non est, reg. 184.

Qua jure naturali prohibentur, nulla lege confirmata sunt, reg. 188. §. un. multa tamen permittuntur per leges, & aliqua a praeceptis naturalibus subducuntur, ut in usufructibus &c.

Quod evincitur, in bonis non est, reg. 190.

Expressa nocent, non expressa non nocent, reg. 195.

Exemplum est in reg. 77. ff. ubi actus legitimi vitiantur per conditionem expressam, non vero tacitam. Unde saepius major est vis expressi: quam taciti per hanc reg. & rursus: eadem est vis taciti, ac expressi, & expressio taciti nihil novi operatur l. 3. ff. de R. C. & l. 99. ff. de condition. & demonstr. Interdum major est vis taciti, quam expressi: sic enim clericus sine auctoritate Superioris tacite renunciare potest beneficio, v. g. assumendo statum conjugalem, vel religiosum; non tamen expresse, ut dictum tit. de renun.

Omnis definitio in jure periculosa est: parum est enim, ut non subverti possit, reg. 202. hoc est omnis locutio universalis in jure, non in sensu absoluto, sed accommodato, prout materia patitur, intelligenda est: alioquin, cum casus particulares sint diversissimi, facile regula generalis falsificatur, vel potius non extenditur ad illum casum.

Res iudicata pro veritate accipitur, reg. 207. puta in foro externo; nisi sententia notorie esset injusta; quia tunc cessaret praesumptio iustitiae pro iudice: at in foro interno praesumptio cedit veritati.

Hoc Jus Canonium doctrinali methodo concinnatum humillime disposita in cap. Cum in magistrum 49. hoc eod. tit. de election. cap. Cum causam 27. dicto titulo.

XIII. Item eligendi Episcopum a laicis una cum Canonice cap. Messana 56. hoc eod. tit.

XIV. Item conferendi sacros ordines extra statuta tempora cap. Sane 2. de temporib. ordinat.

XV. Item promovendi ad ordines Latinos a Graecis, & Graecos a Latinis cap. Cum secundum 9. hoc eod. tit.

XVI. Item ordinandi a Graeco Episcopo Graecum subiectum Episcopo Latino sine hujus licentia cap. Quod de translatione 11. hoc eod. tit. Vide Additiones meas part. 1. post n. 16. pag. 248.

XVII. Item projiciendi in terram, & inter spinas Sanctorum imagines tempore cessationis a divinis cap. Si Canonici 2. de offic. jud. ord. in 6.

XVIII. Item angustandi probationis facultatem cap. Dehent. 1. in Extravag. com. hoc eod. tit.

XIX. Item inducendi gravamen Ecclesiae cap. Dilecti filii 13. de majorib. & obed. Vide infra n. LXIX.

XX. Item iudicandi clericorum causas juxta laicorum consuetudines, & non juxta factos Canones cap. Quod clericus 9. de foro compet.

XXI. Item prohibendi clericis, ne praestent juramentum calumniae cap. Ceterum 5. de juram. calum.

XXII. Item exigendi juramentum ultra plenam probationem cap. Sicuti 2. de probationib.

XXIII. Item permitendi juramentum reo ad suam probandam innocentiam, quoties habetur, vel haberi potest probatio de ipsius delicto cap. Ad nostram 12. eod. tit. Alias pravas consuetudines purgandi vide infra n. XXXVIII.

XXIV. Item praescribendi absque bona fide c. Quoniam 30. de praescription.

XXV. Item exigendi a iudicibus Ecclesiasticis prae-



ELENCHUS CONSUETUDINUM ABROGATARUM

Ex Libris Gregorii Papae IX. Sexto, Clementinis,
& Extravagantibus.

Consuetudo habendi dictum populi pro sententia in causis Ecclesiasticis, hancque latam a iudice non suo pro valida recipiendi, abrogata est cap. Ad nostram 3. de consuetud.

II. Item exercendi a clerico, non Episcopo ea, quae sunt reservata ordini Episcopali cap. Quanto 4. eod. tit.

III. Item celebrandi divina alta voce, & pulsatis campanis, exclusis interdictis, & excommunicatis, durante interdicto cap. Cum inter 5. eod. tit.

IV. Item dimittendi dignitates Ecclesiasticas sine Superioris licentia, casque administrandi sine ejusdem confirmatione cap. Cum venerabilis 7. eod. tit.

V. Item alienandi pro libito bona uxoris a marito vitio suo, aut quocumque alio casu in paupertatem redacto cap. Ex parte 10. eod. tit.

VI. Item acquirendi ab uxore adultera medietatem bonorum mariti eod. cap. & tit.

VII. Item retinendi simul duo beneficia incompatibilia absque legitima dispensatione cap. Consuetudinem 1. eod. tit. de consuetud. in 6. Vide Elenchus II. num. LXVIII. part. 1. pag. 179.

VIII. Item appellandi a Vicario generali ad Episcopum cap. Non putamus 2. eod. tit. & lib. Vide in Auctore part. 1. n. 6. pag. 258.

IX. Item gradatim operandi ab antiquioribus Canonice praebendas vacantes apud Sedem Apostolicam cap. Cum in tua 4. eod. tit. & lib.

X. Item rejiciendi Legatos S. Sedis non petitos, & de consensu non missos cap. unice. Super gentes eod. tit. de consuetud. in Extravag. commun.

XI. Item abrogata est consuetudo aut tollendi, aut restringendi libertatem eligentium in electione Praelati Ecclesiastici cap. Cum terra 14. de electione Vide nota infra n. LXIX. de consuetudinibus abrogatis a Conf. Apost.

XII. Item eligendi non professos ad regimen regularis Ecclesiae contra disposita in cap. Cum in magistrum 49. hoc eod. tit. de election. cap. Cum causam 27. dicto titulo.

XIII. Item eligendi Episcopum a laicis una cum Canonice cap. Messana 56. hoc eod. tit.

XIV. Item conferendi sacros ordines extra statuta tempora cap. Sane 2. de temporib. ordinat.

XV. Item promovendi ad ordines Latinos a Graecis, & Graecos a Latinis cap. Cum secundum 9. hoc eod. tit.

XVI. Item ordinandi a Graeco Episcopo Graecum subiectum Episcopo Latino sine hujus licentia cap. Quod de translatione 11. hoc eod. tit. Vide Additiones meas part. 1. post n. 16. pag. 248.

XVII. Item projiciendi in terram, & inter spinas Sanctorum imagines tempore cessationis a divinis cap. Si Canonici 2. de offic. jud. ord. in 6.

XVIII. Item angustandi probationis facultatem cap. Dehent. 1. in Extravag. com. hoc eod. tit.

XIX. Item inducendi gravamen Ecclesiae cap. Dilecti filii 13. de majorib. & obed. Vide infra n. LXIX.

XX. Item iudicandi clericorum causas juxta laicorum consuetudines, & non juxta factos Canones cap. Quod clericus 9. de foro compet.

XXI. Item prohibendi clericis, ne praestent juramentum calumniae cap. Ceterum 5. de juram. calum.

XXII. Item exigendi juramentum ultra plenam probationem cap. Sicuti 2. de probationib.

XXIII. Item permitendi juramentum reo ad suam probandam innocentiam, quoties habetur, vel haberi potest probatio de ipsius delicto cap. Ad nostram 12. eod. tit. Alias pravas consuetudines purgandi vide infra n. XXXVIII.

XXIV. Item praescribendi absque bona fide c. Quoniam 30. de praescription.

XXV. Item exigendi a iudicibus Ecclesiasticis prae-

ter expensas victualium decimam, vel aliam partem litis, conventionem factam cum partibus litigantibus cap. Cum ab omni 10. de vita, & honest. cleric.

XXVI. Item exercendi in Ecclesia ludos theatrales tam a laicis, quam a clericis cap. Cum decorem 12. eod. tit.

XXVII. Item non dandi a patronis, alisque congruam portionem rectoribus Ecclesiarum cap. Extravaganda 30. de praebend. Vide Trident. sess. XXI. cap. 9. §. Patroni, & c. 10. de ref. & infr. n. XXIX.

XXVIII. Item admittendi solos nobiles ad quantumdam Ecclesiarum beneficia cap. Venerabilis 27. hoc eod. tit. Etiam tamen hac consuetudo aliquibus in locis pro legitima habetur: sed vide in Auctore part. 1. n. 4. pag. 131.

XXIX. Item abrogata est consuetudo reservandi sibi a patronis Ecclesiarum tam exemptis, quam non exemptis, alisque quibuscumque etiam Regularibus in praesentatione rectorum eorumdem Ecclesiarum tantum de illarum redditibus, ut de residuo iidem rectoribus non possent commode sustentari cap. Suscepit 1. hoc eod. tit. in 6. Vide supra n. XXVII.

XXX. Item instituendi ad beneficia sine consensu Episcopi cap. Ex frequentibus 3. de institutionib. Hac tamen abrogatio intelligenda est, cum agitur de beneficiis, quae pleno jure ab aliis non conferuntur.

XXXI. Item abrogata est consuetudo, quod minus monasteria monialium non exceptorum visentur singulis annis a locorum Ordinariis; sicut & exemptarum tanquam a delegatis Sedis Apostolicae cap. Accedentes 2. de statu monachor. in Clem.

XXXII. Item consuetudo rescindendi penitus testamentum confectum in ultima voluntate, nisi factum fuerit cum subscriptione septem, vel quinque testium cap. Cum esset 10. de testam. Vide par. II. pag. 63. n. 13. & Gonzalez. hoc eod. cap.

XXXIII. Item exigendi pecuniam pro sepultura cap. Abolenda 13. de sepultur. juncto Can. Quaestio 12. caus. 13. q. 2. Vide a me notata post cap. Abolenda 13. in summaribus part. 1. pag. 130.

XXXIV. Item reconciliandi Ecclesiam solutam, (quae prius erat consecrata) per simplices sacerdotes de mandato Episcopi aqua ab ipso benedicta cap. Aqua 9. de consecratione Ecclesiae Vide hac part. II. n. 16. p. 105.

XXXV. Item ferendi iudicium, hospitiumque sibi vindicandi a iudice seculari, vel ejus officialibus in domibus Ecclesiarum c. Ut in domibus 1. de immunitat.

XXXVI. Item celebrandi matrimonium intra gradus prohibitos c. Quod super 5. de consanguinit.

XXXVII. Item exigendi pecuniam pro danda licentia docendi cap. Quoniam 1. & c. Quando 3. de magistris.

XXXVIII. Item abrogata est consuetudo compellendi reum duellum inire, & ferri igniti iudicium subire ad purgandum se infontem, e quibus si illatus non evadisset, civili poena afficeretur cap. Cura, & duobus segg. de purgat. vulgar. Vide supra n. XXXIII.

XXXIX. Item compellendi ad faciendum homagium pro spiritualibus, id est ad praestandum juramentum fidelitatis cap. Indignum 11. de regul. jur. Gregor. Verum vide discrimen inter homagium, & juramentum fidelitatis in Gonz. in c. Ex diligenti 16. de Simonia.

Aliae consuetudines abrogatae ex Decreto Gratiani.

XL. Abrogata est consuetudo se disponendi ad quadragesimalis jejunii observationem immoerato carniem esse Diff. V. Can. Denique 6.

XLI. Item celebrandi dies festos Martyrum commensationibus, & ebrietatibus Diff. 44. Can. Commensationes 1.

XLII. Item exigendi aliquid pro rebus spiritualibus; five prius, five post illarum collationem *causa I. qu. 3. Can. Si quis 15.*

XLIII. Item convellendi parochias cuique Ecclesie deputatas *causa XVI. qu. 4. Can. Licet 5.*

XLIV. Item usurpandi propria auctoritate prædia, quæ a Rector. Ecclesiarum ad se pertinere putabantur, more fiscali, titulos, (idest vexilla, aut alia signa) illi imprimendo, ead. *caus. XVI. quest. 5. Can. Consequendo 1.*

XLV. Item faciendi publicam confessionem peccatorum, de *penitentia Dist. I. Can. Quomodo 89.*

XLVI. Item invigilandi saltationibus, & turpibus cantibus in Sanctorum solemnitatibus, de *consecr. Dist. III. Can. Irreligiosa 2.*

Huc referenda essent alie consuetudines abrogate a Sac. Concilio Tridentino; verum cum fere omnes pervineant ad easdem materias, circa quas idem Concil. abrogavit privilegia, lectorem remitto ad Elenchum V. in quo hæc privilegia abrogata enumerantur par. I. a pag. 190. ad 193. Videri tamen poterunt ulterius circa paucas alias materias ibidem non expressas, quam consuetudo abrogatur, sess. IV. in Decreto de editione, & usu sac. Libr. - sess. V. cap. II. de reformatione, & usu sac. Libr. - sess. XXII. cap. III. - sess. XXII. cap. VII. & IX. - sess. XXIII. cap. IX. - sess. XXIV. cap. I. II. IV. XIII. & XIV. ac tandem sess. XXV. c. XIX. de reformatione. Legi etiam poterunt abrogationes factæ ab eodem Concilio enumeratæ a Bened. XIV. & a me relata par. I. pag. 337. & seqq.

Cum autem Concilium in aliquibus ex his abrogatis consuetudinibus natur. clausula etiam immemorabilem, in aliquibus simpliciter clausula. Consuetudinem, ideo pro regula in praxi a Tribunalibus servanda, attendenda sunt firmata a nostro Auctore par. I. pag. 133. n. 9. Quæ regula etiam attendenda est in frequentibus abrogation. ubi enim non legitur clausula immemorabilis, ibi agitur de simplici consuetudine.

Alie quamplurima consuetudines abrogate sunt a Constit. Apost. in Bullario romano contentis extracorp. juris Canonici, quarum fere omnes sanctiones, sive ordinatæ, sive prohibitorie continent clausulam consuetudinum in contrarium abrogatoriam. Ex quibus aliqua tantum specialiores, & ad res usitatas spectantes hic subdumur.

XLVII. Abrogata est consuetudo, quæ vigeat in Regno Britannie occupandi a laica potestate universa mobilia, decedentibus marito, vel uxore, ab Honorio II. Constit. *Charissimus 20. Maii 1130.*

XLVIII. Item usurpandi a Fisco omnium naufragantium bona, etiam qui in littore post naufragium inventa erant, ab eodem eic. Constit. Circa hoc vide etiam Constitutiones Julii II. *Romanus Pontifex 24. Feb. 1509. Pauli III. Acceptimus 13. Mart. 1545. S. Pii V. Cum nobis 24. April. 1566. Pauli V. Pastoralis 8. Apr. 1610. §. 4. & postremo Bullam in die Cæne Domini legi solitam c. 4.*

XLIX. Item non residendi a rectoribus Ecclesiarum parochialium, a S. Pio V. Constit. *Cupientes 23. Julii 1568.*

L. Item creandi, alienandi, & redimendi annuus census contra formam præscriptam ab eodem Pio Constit. *Cum omni 19. Jan. 1569.*

LI. Item testandi, & quovis modo disponendi de acquisitis ex bonis Ecclesiasticis, alisque proprio labore partit, aut patrimonialibus ad commodum illegitimum, etiam legitimatorum; ac insuper eosdem illegitimos habitandi ad successionem in dictis bonis, aut rebus feudalibus, & emphyteuticis a piis locis profectis, ab eodem S. Pio Constit. *Quæ Ordini 27. Jan. 1571.*

LII. Item audiendi confessiones secularium a lectoribus, & theologis quorumcumque Ordinum regularium sine prævia Episcopi approbatione, ab eodem Constit. *Romani Pontificis 6. Aug. 1571.*

LIII. Item non visitandi ab Episcopis Ecclesias parochiales militum S. Joannis Hierosolymit. quoad animarum curam, & sacramentorum administrationem, ab eod. Constit. *Expositis 22. Sept. 1571.*

LIV. Item nec applicandi Cameræ Apostolicæ spolia Regularium decedentium extra claustra a Greg. XIII. Constit. *Officii nostri 21. Jan. 1577.*

LV. Item eligendi Abbatissam, aliamque monialium

præfiam in Italia, & utroque Sicilia Regno ultra triennium, ab eod. Constit. *Expositis 1. Jan. 1583.*

LVI. Item inveniendi contractus societatis securitatem capitalis, aut certam reponsonem, aut aliter usurariam privativem continentes a Sixto V. Constit. *Detestabilis 21. Octobr. 1586.*

LVIJ. Item consuetudo etiam longissimi temporis faciendi sponsones super vita, morte, & futura electione Papæ: ac super promotionibus Cardinalium a Greg. XIV. Constit. *Cogit nos 21. Mart. 1591.*

LVIII. Item attendendi in omnibus status Ecclesiastici Tribunalibus alias nullitates, quam jurisdictionis, citationis, & mandati a Clem. VIII. *Litium 9. Febr. 1593.*

LIX. Item largiendi munera a Regularibus utriusque sexus, & respectively recipiendi, ac retinendi, ab eodem Constit. *Religiosa 19. Julii 1594.*

LX. Item consuetudo, quominus Regulares Episcopo non subiecti extra claustra notorie delinquentes puniantur ab eodem Episcopo juxta præscriptum Tridentini sess. 25. cap. 14. de Regul. ab eodem Constit. *Suscipit 13. Febr. 1596.*

LXI. Item non servandi Cærimoniale Episcoporum ad divina officia rite celebranda, aliasque functiones juxta reformationem factam ab eodem Clem. Constit. *Cum novissime 14. Jul. 1600.*

LXII. Item cognoscendi a superioribus quorumcumque Ordinum regul. causas suorum subditorum ad officium S. Inquisitionis quomodolibet pertinentes, a Paul. V. Constit. *Romanus 1. Sept. 1606.*

LXIII. Item consuetudo etiam immemorabilis exemptionis ab Episcopo jurisdictione circa disposita a Greg. XV. *Inscrutabilis 5. Febr. 1622. ut in Elencho VI. n. XCIV. par. I. pag. 207.*

LXIV. Item consuetudo etiam immemorabilis non exequendi a Superioribus regularibus præscripta circa apostatas, & ejectiones, ab Urbano VIII. Constit. *Sacra Congregatio 21. Sept. 1624.*

LXV. Item consuetudo etiam immemorabilis circa præscripta quoad celebrationem, & reductionem missarum, earundem onera perpetua suscipienda, augendumque Religiosorum numerum ultra vires reddituum, & consuetarum elemosinarum monasteriorum, ab eod. Constit. *Cum sepe 21. Jun. 1625.*

LXVI. Item consuetudo etiam immemorabilis dandi in feudum, vel emphyteusiam, & ultra triennium locandi bona jurisdictionalia ad Ecclesias, & loca pia spectantia, concessioneque hujusmodi renovandi, seu prorogandi, ab eod. Constit. *Humana 1. Nov. 1625.*

LXVII. Item non degradandi, ac non tradendi brachio seculari clericum respectivè, & laicum minorem vigintiquinque annis, si ad presbyteratum non promotus, sacramentales confessiones audiverit, & missam celebraverit, ab eod. Constit. *Apostolicus 28. Mar. 1628.*

LXVIII. Item emittendi professionem religiofam, non factam novitatu in locis designatis per Clem. VIII. ab eodem Urbano Constit. *Religiosus 2. Apr. 1631.*

LXIX. Item quæcumque consuetudines immemorabiles, etiam cum asserta forma privilegii Apostolici militantes contra libertatem Ecclesiasticam, & Ecclesiis, ac personis Ecclesiasticis; earumque bonis præjudiciales, ex Constit. Urbani VIII. *Romanus Pontifex 5. Jun. 1641. cui concordat Bulla in die Cæne Domini legi solita, & auth. Cassa de Sacr. Ecclesiis, quamque per partes optime expendit Fagn. lib. I. c. Consuetudines 1. de consuetud. a. n. 58. ad 81.*

LXX. Item consuetudo etiam longissimi temporis non servandi numerum dierum festorum præscriptum a dicto Urbano Constit. *Universa Idem. Sept. 1642.*

LXXI. Item consuetudo etiam immemorabilis recedendi a S. R. E. Cardinalibus & statu Ecclesiasticis obsequio licentia summi Pontificis, ut Innoc. X. Constit. *Cum juxta 19. Febr. 1646.*

LXXII. Item consuetudo etiam immemorabilis erigendi a Regularibus in Italia, & Insulis adjacentibus nova loca abque expressa licentia Sedis Apostolicæ, cum prævio examine Congregationis Episcoporum, & Regularium, ab Innoc. Constit. *Insuperanda id Octobr. 1652.*

LXXIII. Item consuetudo etiam immemorabilis locandi consanguineis, vel affinis rectorum, aut administratorum Ecclesiarum, aliorumque locorum piorum

urbis Romæ, ab Alex. VII. Constit. *In Suprema 23. April. 1656.*

LXXIV. Item abrogata est consuetudo etiam immemorabilis, seu contrarius usus dandi, vel promittendi aliquid pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam ex Constit. ejusdem Alexandri *Inter gravissimas 2. Maii 1656. innovata ab Innoc. XII. Constit. Sacerdotalem 29. Jan. 1699. reprobante non usum dictæ Alexandrinæ sanctionis.*

LXXV. Item consuetudo etiam immemorabilis ingrediendi a Superioribus regularibus, & confessariis intra septa monasterii monialium iisdem Regul. subiectarum præter modum, & tempus præscriptum ab Alex. VII. Constit. *Filici 1. Novemb. 1664.*

LXXVI. Item consuetudo etiam immemorabilis exercendi sub quocumque pretextu mercaturam a Regularibus quorumcumque Ordinum a Clemente IX. Constit. *Solicitude 17. Jun. 1669.*

LXXVII. Item consuetudo etiam centenaria, & immemorabilis exercendi a Cardinalibus Ordinum regul. protectoribus ultra præscripta in Constit. Innoc. XII. *Christifidelium 16. Febr. 1694.*

LXXVIII. Item consuetudo ordinandi alienos subditos, non servatis conditionibus præscriptis in Constit. ejusdem Innocent. XII. *Speculatorum 4. Novemb. 1694. quas vide Elencho VI. n. XXVIII. par. I. pag. 196.*

LXXIX. Item consuetudo etiam immemorabilis contra disposita a Conc. Trid. & a S. Pio V. in collatione beneficiorum ex Constit. ejusdem Innoc. *Ecclesia 22. Sept. 1695. vide Elench. VI. n. LXXII. & LXXXIII. par. I. pag. 203. & 204.*

LXXX. Item abrogatae sunt consuetudines etiam immemorabiles adversus præscripta in Cærimoniali Episcoporum, Rituali Romano, vel Rubricis missalis, & breviter servanda in Ecclesiis tam secularibus, quam regularibus ex Concilio Romano sub Bened. XIII. *tit. XV. c. 1. de celeb. miss. &c. prout etiam abrogaverat S. Rituum Cong. approbante Urb. VIII. & Innocent. XIII. Constit. Apostolicis 13. Maii 1723.*

LXXXI. Item consuetudo etiam immemorabilis non expliandi Evangelium a parochis diebus dominicis, & festis, etiam prætextu, quod in aliis Ecclesiis dictis diebus habeantur conciones ad populum, Bened. XIII. Constit. *In Supremo 23. Sept. 1724.*

LXXXII. Item consuetudo etiam immemorabilis de non solvenda quarta funerali a Regul. ex Constit. ejusdem Ben. XIII. *Romanus 4. Kal. Maji 1725. in terminis relat. Elench. VI. n. CXIII. par. I. p. 219.*

LXXXIII. Item consuetudo etiam immemorabilis de non solvenda a beneficiis media annata favore fabricæ metropolitanae, cathedralium, & collegiarum Ecclesiarum ex Constit. ejusdem Bened. *Pius 4. idus Maii 1725. ut Elencho VI. n. LXXXIII. par. I. pag. 204.*

LXXXIV. Item consuetudo etiam, immemorabilis de non deferendo a clericis beneficiatis habitu illis congruente, ex Constit. ejusdem *Catholica Ecclesia 6. non Maii 1725. in terminis relat. Elencho VI. n. XXXIII. par. I. pag. 195.*

LXXXV. Item consuetudo etiam immemorabilis non petende benedictionis episcopalis ab Abbatibus perpetuis, ex Constit. d. Bened. *Commissi pridie Non. Maii 1725. in terminis, ut in Additionibus meis par. I. n. VIII. pag. 245.*

LXXXVI. Item consuetudo contraria, etiam immemorabilis circa institutionem præbende theologalis, & Canonici penitentiaris, ex Constit. ejusdem *Pastoralis 14. Kal. Jun. 1725. in terminis ut in Elench. VI. n. III. par. I. pag. 192.*

LXXXVII. Item consuetudo exigendi a reo in criminalibus juramentum, ex Concilio Romano ejusdem Bened. anno 1725. ut in *Addit. p. I. post n. 6. p. 296.*

LXXXVIII. Item consuetudo etiam immemorabilis contra non observantiam clausuræ monialium ex Constitutionibus, quas vide *Elench. VI. n. LXXXVII. & seqq. par. I. pag. 206.*

LXXXIX. Item consuetudo etiam immemorabilis contra non observantiam clausuræ monasteriorum vitorum regularium, ex Constit. Bened. XIV. quam vide in *Additionibus meis par. II. post n. 10. pag. 96.*

XC. Item consuetudo etiam immemorabilis admittendi

di appellationem in casibus relatis in Constit. ejusdem, ut in *Addit. meis par. I. post n. 9. p. 337.*

XCI. Item consuetudo de non pallendo a choroadiculis una cum aliis, ex Constit. ejusdem Bened. quam vide in *Addit. meis par. II. post n. 8. p. 7. Vide etiam Fagnan. de preben. c. Licet 24.*

XCII. Item consuetudo etiam immemorabilis non applicandi a parochis missam diebus festis pro populo, & missam conventualem quotidie pro benefactoribus in genere ex Constit. ejusdem Ben. ut *V. Elench. VI. n. XLIII. par. I. pag. 199.*

Alie consuetudines abrogatae ex decretis SS. Congregationum juxta seriem annorum emanatis.

XCIII. Abrogata est consuetudo etiam immemorabilis non residendi in cathedralibus, & collegiatis insignibus, ex decr. Cong. Conc. approbato a Gregor. XIII. *an. 1573. relat. in hac par. II. post n. 6. p. 7.*

XCIV. Item non asserendi Eucharistiam in Ecclesiis parochialibus, ex decr. ejusdem Cong. *2. April. 1585.*

XCV. Item deferendi crucem more Archiepiscoporum ante Superiorem monasterii, licet habeantem jurisdictionem spiritualem, & temporalem, ex decr. Cong. Rituum in Carropolitani. Nullius 4. *Marii 1606.*

XCVI. Item faciendi processionem cum SS. Sacram. de nocte feria V. & VI. majoris hebdom. ex decr. d. Con. 8. *Aug. 1609.*

XCVII. Item consuetudo etiam immemorabilis concedendi licentiam in casibus necessariis pro ingressu in septa monialium regularibus subiectarum a solis eorum regularibus Superioribus, & non simul a locorum Ordinariis, ex decr. Cong. Conc. jussu Urbani VIII. *13. Nov. 1620. ut Elench. VI. n. 79. par. I. p. 206.*

XCVIII. Item inserviendi a canonicis diaconis Episcopo de bugia, seu candela, ex decr. Cong. Rituum in *Ragulina 16. Martii 1628.*

XCIX. Item non subjacendi poenis inflictiis contra non interessentes choro etiam per primum nocturnum; & in diebus ferialibus per sex psalmos, ex decr. Cong. Conc. 24. *Maii 1674. relato hac par. II. pag. 16. post n. 8.*

C. Item recipiendi a parochis fadariorum, ac vas, aut discum, quod paratur ab infirmo occasione recipiendi sacramentum extreme unctionis, super quod collocatur vasculum olei sancti, & taxa Innoc. XI. *1. Oct. an. 1628. & die 8. d. mens. & an. typis data de mandato d. Pontificis a Cong. Conc. ac per litteras circulares locorum Ordinariis transmissa, quæ etiam refertur in folio ejusdem Cong. in Albanen. 20. Febr. 1723.*

CI. Item applicandi missam pro fe ipis, vel aliis, etiam sine, vel cum receptione elemosynæ illis diebus, in quibus ex aliqua rationabili causa capellani obligati quotidie celebrare per se ipsos juxta mentem fundatorum, vacant ab hujusmodi celebratione, ex Decret. Cong. Conc. in *Colen. 18. Septem. 1683. ad III. & IV. sub.*

CII. Item abrogatur consuetudo etiam immemorabilis recipiendi aliquid ab Episcopo, ejusque officialibus tam in visitatione, quam extra pro decretis, seu iudicatura executionis testamentorum, pium voluntatum, aut piorum legatorum, excepto moderato salario hando notariis pro scriptura, ac illorum labore, ex Decr. ejusdem Cong. in *Vicen. 16. Sept. 1645. & 18. Maii 1686.*

CIII. Item recipiendi a parochis fadariorum, quo reguntur manus defuncti cum parva cruce supra illius pectus, quæ a parochis datur, ex Decr. ejusdem Cong. in *Tudertina funer. 13. Aug. 1718. & fol. d. Cong. in Albanen. 20. Febr. 1723.*

CIV. Item consuetudo etiam immemorabilis cogendi Canonicum noviter electum ad parandum convivia aliis Canonicis, ex Decr. ejusdem Cong. in *Burgen. 3. Sept. 1729. & in Leodien. 1. Sept. 1731. ac 18. Jul. 1733.*

CV. Item consuetudo etiam centenaria, vel immemorabilis non solvendi cathedralicum ex Decr. d. Cong. in *Pernisina cathedralicis 19. Nov. 1735. alique relat. par. I. p. 264. post n. 14. & Conc. Rom. 1725. tit. 8. cap. 4.*

E L E N C H U S

Legum Juris Civilis a Jure Canonico correctarum in iis, quae, vel fervent peccatum, vel illius periculum involvunt.

I. Gregorius IX. declarans in c. *Cum tanto* 11. de consuet. consuetudinem non derogare juri naturali, seu divino, neque positivo, nisi sit rationalis, & praescripta, derogavit l. de quibus §. 1. tit. de legib. illimitate statuenti consuetudinem juri scripto praedictate.

II. Concilium Carthaginense I. relatum in cap. *Arrogans* 1. de Pañis, praecipiens pacta quantumcumque nuda esse servanda, derogavit l. *Juris gentium* §. sed cum 4. ff. de pact. concedenti ex nudo pacto exceptionem, non actionem.

III. Bonif. VIII. in cap. *Quamvis* 2. eod. tit. in 6. statuens servandum esse pactum juratum factum patri filia nupti tradenda, quod dote contenta, nullum sit habitura regressum ad bona paterna, abrogavit l. *Patrum dotali* C. de collat. decernentem non ideo filiam prohiberi, ne intestato patri succedat.

IV. Innoc. III. in cap. *Ex litteris* 4. de in integr. restit. statuens in causa matrimonii sententiam latam impugnari posse, etiam si plenè probata fraude per juramentum, derogavit l. 1. C. sententiam rescindendi non posse §. 1. C. de appell. generaliter decernentibus, neminem esse audiendum adactus sententiam latam, si transierit in rem judicatum.

V. Idem in cap. *Per tuas* 9. de arbitr. declarans juramentum obligare jurantem, derogavit l. *in jusjurand.* in prin. ff. de operis libertorum, & l. si quis pro eo ff. de sacrosanctis decernentibus regulariter non inducere obligationem.

VI. Alex. III. in cap. *Et si clerici* 4. de judic. juncto toto tit. de foro compet. statuens judicem secularem non posse cognoscere contra clericum causam communem inter ipsum, & laicum, abrogavit l. omnes, qui absque. *Auth. subjuncta* C. de Episc. & cleric. permittentem clericis, & monachos conveniri coram Praetore, & Provincialium Rectoribus. Ita tamen lex correctæ jam fuerat a Justiniano novel. 79. 81. & 123. remittente clericum ad Praetores Ecclesiasticos, sed in causis tantum civilibus; quamvis postea hæc remissio extensa etiam fuerit ad causas criminales ex Constit. Friderici II. quam vide apud Gothof. in Cod. fol. mihi 744. §. Item statuimus.

VII. Innoc. III. in cap. *Qualiter* 17. eod. tit. statuens non esse supplantam a judice seculari negligentiam Praetorum in causis spiritualibus, abrogavit *Novel. Ut clerici apud proprios judices* 83. prin. §. 1. Sic decernentem si vero aut propter causam naturam, aut propter quamdam forte difficultatem non fuerit possibile Deo amabili Episcopo decidere negativam, tunc licentiam esse & ad civiles judices pergere.

VIII. Bonif. VIII. in cap. *Si annus* 3. eod. tit. in 6. decernens filium, etiam sub patria potestate existentem absque illius consensu agere posse causam spirituales, & beneficiale, aliamque causam a dictis materis dependentem, derogavit l. *Cum non solum* 8. prin. C. de bon. qua liberis, regulariter id deneganti filiofamil. absque patris consensu.

IX. Innoc. III. in cap. *Si diligenti* 12. de for. compet. prohibens clerico etiam jurato, fori privilegio renuntiare, abrogavit l. si quis C. de Pañis definientem omnes cujuscumque dignitatis sint, etiam sacerdotes obligari ex pacto, quo suo privilegio renuntiaverunt, ut coram alio judice non Ecclesiastico conveniantur.

X. Lucius III. in c. *Ceterum* 5. de juram. calum. statuens clericum ex justa causa teneri prestare juramentum calumniae, abrogavit l. *Cum clericis* §. memorati C. de Episc. & cleric. id ei prohibentem.

XI. Honorius III. in cap. *Tuam* 3. de ord. cognit. & Alex. III. in cap. *Causam* 4. & cap. *Lator* 5. qui filii sui legit. interdicens judici seculari cognoscere, etiam incidenter, de causa spirituali, abrogaverunt l. *Cui jurisdictionis* ff. de jurisdic. omni. judic. & l. *Quoribus* C. de judicis id permittentes.

XII. Eugenius III. in cap. *Si quis* 8. de restit. jun-

cta *Glos. verb. valedinarii*, & *Can. Quisquis* 80. eod. tit. 16. q. 3. declarans, quemcumque etiam invitum, sic senes, & valedinarios, cogi posse, ad testimonium ferendum causa detegendi peccatum proximi, abrogavit l. *Invis*. de testib. decernentem cogi non posse publicanos, absentes, exercitui praefectos, ac pupillos.

XIII. Alex. III. in cap. *Super* eo 22. eod. tit. statuens admittendum esse dictum, etiam solius matris, deponentis de impedimento matrimonii contrahendi, idque ad evitandum periculum nullitatis, si subesse aliquod impedimentum dirimens, derogavit l. *Jurisjurandi* §. 1. C. de testib. decernenti testimonium unius, quantumvis magnæ auctoritatis, non esse admittendum in quacumque causa.

XIV. Idem in cap. *Illud quoque* 11. de presump. juncto *Can. Alter* 1. eod. tit. 30. q. 5. statuens ex diuturna cohabitatione viri cum muliere, non concurrentibus aliis adminiculis, non probari matrimonium, sed ex authentico instrumento solemnitate ejusdem, abrogavit l. *In libera mulieris* ff. de ritu nuptiar. illud admittentem ex sola praesumptione diuturnae cohabitationis.

XV. Innoc. III. in cap. *Litteras* 13. eod. tit. juncto *Can. Si audieris* 33. eod. tit. 30. q. 5. statuens, fratrem accusare posse, & debere fratrem de crimine heresis, derogavit l. C. *Qui accusare non possunt* non admittenti accusationem fratris in fratrem de capitali crimine; imo accusatorem exilio plectenti.

XVI. Innoc. III. in cap. *Esti* 26. eod. tit. statuens licitum esse juramentum etiam religiosum ex justa causa, abrogavit l. *Cum clericis* §. *Memorati* C. de Episc. & cleric. illud in iis inhibentem.

XVII. Idem in cap. *Cum coniugis* 28. & Bonifac. VIII. in cap. *Licet mulieres* 2. in 6. eod. tit. decernentes mulierem teneri servare juramentum de non veniendo contra alienationem rei dotalis, abrogavit l. 7. §. 16. ff. de pact. & l. *Non dubium* C. de leg. contrarium disponentes.

XVIII. Alex. III. in cap. *Vigilanti* 5. & Innoc. III. in cap. *Si diligenti* 17. *Veniens* 19. & *Quoniam* 20. de prescrip. statuens necessarium esse bonam fidem continuam ad prescribendum, abrogavit l. *unic. C. de Usucap. transferend.* decernentem satis esse bonam fidem ab initio tantum habitam, & l. *Sicut* & l. *Omnes*, & l. *Cum novissimi* C. de prescrip. 30. vel 40. annor. statuens possessorum male fidei praescribere res sic possessas tempore longissimo.

XIX. Idem in cap. *Lator* 7. & Clement. III. in cap. *Tenor* 10. & *Consanguinei* 11. de sentent. & re judic. ac Lucius III. in cap. *Fraternitatis* 6. de frigid. & malefic. statuens sententiam latam contra matrimonium nunquam transire in rem judicatum, ita ut revocari semper possit, detecto errore defectus, derogavit, C. de execut. rei judic. decernenti sententiam definitivam semper transire in rem judicatum, ne matrimonii quidem causa excepta.

XX. Idem Alex. III. in cap. *Prætera* 23. & Innoc. III. in cap. *Pastoralis* 53. de appellat. statuens non suspendi excommunicationem per appellationem, abrogavit l. 1. §. 14. ff. ad Senat. Consult. *Turpell.* decernentem appellationis remedio extingui condemnationis pronuntiationem.

XXI. Concilium Atrernense relatum in cap. *Qui res* 2. de reb. Eccl. non alien. interdicens Principi seculari Ecclesiastica bona alienare, & statuens ea recipientem teneri ad restitutionem, abrogavit l. *Omnes*, & l. *Bene a Zenone* C. de Quatrin. praescriptione declarantes ementem a fisco rem alienam, non teneri ad restitutionem.

XXII. Innoc. III. in cap. *Per tuas* 5. de donat. prohibens, ne Ecclesia in actibus suis fraudem aliquam adhibeat, abrogavit l. *Item si pretio* ff. locati & l. in cause ff. de minor. admittentes licitum esse contabentibus invicem se decipere usque ad dimidium justipretii. Vide Joann. Baptist. a S. Blasio contrariet. 105. XXII.

XXIII. Alex. III. in cap. *Verum* 2. & c. *Publico* 7. §. *Sane de convers. conjug.* juncto *Can. Agathosa* 21. eod. tit. 27. q. 2. statuens an matrimonium tantum ratum dissolvi posse per professionem religiosam, abrogavit novel. 22. de Nupt. cap. *Distribuantur* decernentem dissolvi posse etiam consummatum, altero conjugum continentiam vovente.

XXIV. Urbanus IV. in cap. *Ad hæc* 3. de religiof. domib. declarans, illum tantum esse locum religiosum, qui ad cultum religionis Episcopio auctoritate destinatus est, abrogavit l. *Locum*, & l. *Cum in diversis* ff. de relig. & sumpt. fun. ac l. 6. ff. de rer. divis. l. 2. ff. de re legat. habentes pro religioso locum, ubi homo mortuus sepulchus est.

XXV. Concilium Lateran. III. sub Alex. III. relatum in cap. *Non minus* 4. & *Adversus* 7. de immunit. eccles. juncta *Clement. unic. Quoniam* eod. tit. statuens imponi non posse Ecclesiis, ac personis ecclesiasticis collectas sine apostolica concessione, abrogavit l. *Nemini* C. de sacrosanct. Episc. hanc facultatem Imperatori tribuentem.

XXVI. Innoc. III. in cap. *Inter alia* 6. eod. tit. statuens non extrahendum ab Ecclesia, nisi publicum latronem, vel nocturnum agrorum depopulatorem, derogavit *Auth. de mandat. Princip.* cap. 5. & 7. excipienti etiam homicidas, adulteros, & raptores virginum. Vide hac part. II. pag. 15. a n. 16. & seq. una cum Additionib. meis ibidem.

XXVII. Alex. III. in cap. *Prætera* 2. de spons. & matrim. & cap. *De illis* 9. de despons. impub. juncto *Can. Desponsatas* 46. eod. tit. 27. q. 2. prohibens desponsatam alicui renuntiare posse, & alteri nubere sine sponsi consensu, abrogavit l. 1. C. de sponsalib. id permittentem.

XXVIII. Idem in c. *Cum locum* 14. de sponsal. & c. *Significavit* 2. de eo, qui duxit & Hofmirdas in cap. *Tua fraternitas* 1. de desponsat. impub. declarantes filiam invitam, & repugnantem cogi non posse ad nubendum, abrogavit l. *Sed qua parvis* ff. de sponsal. statuentem cogi posse, dummodo sponsus a patre electus, non sit indignus, & turpis.

XXIX. Idem in c. *Cum locum*, & c. *Veniens* 15. eod. tit. de sponsal. & matrim. declarans nullum matrimonium contractum metu cadente in constantem virum abrogavit l. *Si patre* 22. tit. de ritu nupt. statuentem si patre cogente, ducet uxorem filius, quam non duceret, si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos contrahitur licet Gotsfr. verba illa si patre cogente, interpretetur suadente, hortante, admodum urgente.

XXX. Clem. III. in c. *In presentia* 19. eod. tit. & Celest. III. in c. *Dominus* 2. de secund. nupt. interdicens uxori transitum ad secunda vota, si non sit certior facta de morte viri, ab ea longo tempore absentis, abrogavit *Novell.* 22. admittentem hujusmodi transitum, si elapso quoque tempore, non constet alterum conjugem, qui causa captivitatis, vel peregrinationis diutius absuit, adhuc esse superstitem.

XXXI. Innoc. III. in c. *Cum apud* 23. de sponsalib. junctis *Can. Sufficiat* 2. eod. tit. 27. q. 2. ac *Can. Hoc sanctum* 16. eod. tit. 32. q. 3. & *Conc. Trid. sess.* 24. c. 1. de refor. matrim. statuens ad valorem matrimonii non requiri parentum consensum, abrogavit l. *Nuptia* 2. ff. de ritu nupt. l. *Nec filium* C. de nupt. & princ. *Inst.* eod. decernentes necessario requiri.

Nec crederem, audientes esse Cujacium in lib. 35. Pauli ad edictum ad l. 2. & 10. de ritu nupt. nec Dionysium Gotsfridum in l. filius ff. de ritu nupt. sentientes contra Firminum ad lib. 1. *Instit.* tit. 10. alioque eruditissimos Jurisconsultos, a dictis legibus nuptiarum sine parentum consensu contrahas non irritas, sed solum illicitas declarari, sfos fortasse auctoritate Pauli jurisconsulti lib. 2. *sent. tit. 12. in asserentis.* Eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur, sed contracta non solvantur. *Que auctoritas, cum aperte contradicat laudatis legibus a Justiniano ex sententia ejusdem Pauli inseritis Corpori Juris a se promulgati, merito juxta Jurvenin. tract. de sacram. diss. 1. q. 5. art. 2. cum DD. ibi cit. credi potest, non esse Pauli, sed cujusdam Aniani, a quo tempore Alarici Gothorum Regis Theodosianus Codex notis illustratus est.*

P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.

Ceterum easdem civiles leges infringentes matrimonium tam servorum, quam filiorum familiarum solo eorumdem consensu inita, quoniam etiam raras habuit Ecclesia, ut ex pluribus canonibus fuso, & eruditissime demonstrat Benedicte XIV. de synod. dioc. edit. au. 1755. lib. IX. c. XI. n. 3. & seq.

XXXII. Celest. III. in c. *Cum haberet* 5. §. *Sollicitudinis* de eo, qui duxit & c. praecipiens a parentibus alendos esse filios, etiam spurios, seu ex damnato coitu procreatos, abrogavit *Auth. ex complexu* l. de incest. & au. licet pari Cod. de natural. liber. id negantes.

XXXIII. Adrianus in c. *Dignum* 1. & Alex. III. in c. *Proposuit* 2. de conjug. servor. statuens matrimonium inter mancipia, & inter servum, & liberam validum esse, dummodo abfuerit error, abrogavit l. *Cum ancillis* C. de incestis illud nullum declarantes. Vide supra n. XXXI.

XXXIV. Innoc. III. in c. *Non debet* 8. de consang. & affin. definiens invalidum matrimonium contractum intra quartum consanguinitatis gradum, abrogavit l. *Celebrantis* C. de Nupt. & §. *Duorum fratrum* *Instit.* eod. validum declarans matrimonium inter consobrinos.

XXXV. Idem cit. c. *Non debet* auferens impedimentum secundi, & tertii generis affinitatis una cum impedimento publicæ honestatis iis annexo ad finem contrahendi matrimonium, ut inter vitricum, & uxorem privigni, abrogavit l. *Uxorem* 15. de ritu nupt. prohibentem, ut inhonestum matrimonium inter vitricum, & uxorem privigni.

Ad iramites dictæ Decretalis, discussio articulo in Cong. Conc. in Bohanen matrimonii die 3. Aug. 1720. cum voto quatuor theologorum, decisum fuit ab eadem Congreg. 8. Mar. 1721. contrahi posse matrimonium inter vitricum, & uxorem privigni ut in *T. bes. resol. tom. 1. pag. 350. & tom. 2. pag. 26. ubi etiam annexæ leguntur annotationes Benedicte XIV. tunc d. Cong. secretæ, ex jure desumptæ circa eandem questionem.*

XXXVI. Alex. III. in cap. *Cum inter* 2. & Innoc. III. in cap. *Ex tenore* 14. *Qui filii sunt legit.* declarans legitimam esse prolem ortam ex matrimonio bona fide ex parte utriusque, vel ex parte alterius conjugibus in facie Ecclesiæ contracto, & nullo ob aliquod occultum impedimentum postea declarato, abrogavit l. 3. C. *Solutio* *matrim.* statuentem spurios esse ingenuos natos ex libera, & ex eo, qui servus erat, qui tamen existimabatur liber.

XXXVII. Idem in cap. *Tanta* 6. eod. tit. interdicens concubinatum, & quemcumque coitum extramatrimonium, abrogavit l. 1. §. 1. 3. l. 3. & l. 5. ff. de concubin. cum aliquibus permittentes.

XXXVIII. Urbanus III. in c. *Super illa* 4. & Innoc. III. in c. *Cum secundum* 5. de secund. nupt. permittentes viduæ libere nubere posse intra annum luctus sine poena infamiz, derogavit l. 1. §. seq. C. de secund. nupt. id prohibentibus sub dicta poena.

XXXIX. Item edicentes in cit. capp. ex Apostolo, liberum esse mulieri nubere cui voluerit, abrogavit juxta DD. ad dicta capp. C. *De interd. matrim. contra.* *inter pupil. & int. & C. de rubro*, & nigro prohibentes matrimonium inter tutorem, vel filium ejus, & pupilam, vel adultam, cujus ille gesserat tutelam, & curam Joan. Baptist. a S. Blas. contrariet. 25.

XL. Bonifac. VIII. in cap. *Ut inquisitoribus* 18. de Hæret. interdicens judici seculari de heresi cognoscere, derogavit l. *Quicumque* cap. de Hæret. id permittenti.

XLI. Gregorius Magnus relatus in c. *In ordinando* 1. de simonia, juncto *Can. Sicut Episcopus* 4. eod. tit. 1. q. 2. prohibens, ne quid temporale in ordinibus conferendis exigatur ab Episcopo, vel ministris, vel notariis, abrogavit *Novel.* 123. de Sanctis Episc. cap. *Si quis* 3. collect. 9. adstringentes ordinandos ad aliquod offerendum Episcopo ordinanti, & notario.

XLII. Alex. III. in c. *Super* 4. de usur. juncta *Clem. unic. Ex gravi* eod. tit. declarans sub gravissimis poenis usuras prohibitas esse, & puniendum esse, velut hæreticum pertinaciter asserentem, non esse peccatum eas exercere, abrogavit l. 1. tit. ult. lib. 2. C. Cod. *Theodosian.* l. 26. C. de usur. l. 1. ff. de usur. ita illas admittentes ibi. *Placuit licitas usuras peri posse, juncta l. eor. qui C. eod.*

S

XLIII.

XLIII. Pius Papa in Can. si quis 10. juncto Can. Considerat. 8. caus. 22. q. 1. prohibens jurare peccata...

XLIV. Nicol. Papa in Can. Inter hec 6. caus. 33. q. 2. execrans homicidium uxoris deprehense a marito...

XLV. Idem abrogavit l. marito ff. ad leg. Juliam de adulteriis...

XLVI. Item abrogavit l. quod ait l. nihil interest l. nec en ea l. Patri & tres seq. ff. ad leg. Jul. de adulteris...

XLVII. Nicol. Papa in Can. Cum gravia 17. ad consulta Bulgarorum c. 99. caus. 13. q. 2. & Concil. Moguntinum 1. in Can. Nullus 18. ibid. Fidelium...

XLVIII. Joann. Papa VIII. in Can. Quisquis 21. §. similiter caus. 17. q. 4. definiens, sacrilegium committi non solum si res facta e loco facta...

de peccat. decernenti esse tantum furum, & non sacrilegium, si res non facta auferretur e loco facta.

XLIX. Innoc. Papa ep. 2. ad Exuperium Episcopum cap. 4. relata in Can. Christiana 23. caus. 32. q. 5. junctis Can. Nemo 4. cui est Ambrosii, caus. 32. q. 4. Can. Pius 16. qui est Augustini, & Can. Apud nos 20. qui est Hieronymi eadem caus. 32. q. 5. declarans...

L. Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum Can. Quidquid 22. junctis Can. Si uxorem 18. qui est Augustini, Can. Precipit 18. & Apud nos 20. qui sunt Hieronymi, ac Can. Preceptum 21. qui est Concil. Toler. XII. c. 8. relatis caus. 32. q. 5. statens non licere marito uxorem dimittere quoad thorum, & cohabitationem, nisi ex causa fornicationis, derogavit l. consensus 8. §. 3. C. de repud. & tit. ff. & C. de divor. & repud. divortium admittentibus ob alias plurimas causas...

Ad statens de correctione legum juris civilis, qua peccatum, aut illius periculum involunt. Aliquam plurima differentia inter utrumque jus, tam circa res ecclesiasticas, spirituales, & profanas, quam circa processum judicium, penamque delinquentibus debitas, legi poterunt numero CLXXXV. apud Barolum inter Tractatus varios. Tract. de differ. inter jus Can. & Civil. CC. apud D. Joann. Baptistam a S. Blasio Patavinum in Tract. insigni, & raro Contradictionum juris canonici cum jur. civil. inserto Tom. 1. Tractatus juris universi ejusdem auctoris pag. 185. Venerit. 1584. LIV. apud Henricum Canitium: CCL. apud Joann. Streinium Societatis Jesu, ac L. apud Anacleum Reiffenstuel. in Juris Canon. Proemio Tom. 1. §. 11.

FINIS SECUNDÆ PARTIS.

IN-

INDEX

Rubricarum, seu Titulorum III. & IV. & V. Libri Decretalium in hac secunda Parte contentorum Ordine alphabetico digestus.

Table with columns for rubric titles and page numbers. Includes sections A, B, C, D, E, F, G, H, I, L, M, N, O, P. Entries include: De Eo, qui ordinem furtive suscepit; De Acanfationibus, Inquisitionibus & Denuntiationibus; De Calumniationibus; De Clericis conjugatis; De Decimis, primitiis, & oblatione; De Delictis puerorum; De Deposito; De Desponsatione impuberum; De Divortio; De Donationibus; De Ecclesiis edificandis, vel reparandis; De Emptione, & venditione; De Eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium; De Eo, qui cognovit consanguineam uxoris suae, vel sponse; De Eo, qui ordinem furtive suscepit; De Excessibus Prælat., & subditorum; De Feudis; De Fidejussoribus; De Frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi; De Furtis; De Hæreticis; De His, quæ sunt a Prælato sine consensu Capituli; De His, quæ sunt a majori parte Capituli; De His qui filios occiderunt; De Homicidio voluntario, vel casuali; De Immunitate Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium; De Infantibus, & languidis expositis; De Injuriis, & damno dato; De Institutionibus; De Judæis, & Saracenis, & eorum servis; De Jurepatronatus; De Loco, & Conducto; De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi; De Maledictis; De Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesie; De Natis ex libero ventre; Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant; Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant; Ne sede vacante aliquid innovetur; De novi operis nuntiatione; De Observatione jejuniorum; De Parochiis, & alienis Parochianis; De Peculio Clericorum; De Pignoribus, & aliis cautionibus; De Pœnis; De Penitentis, & Remissionibus; De Præbendis, & Dignitatibus; De Præcatis; De Præbytero non baptizato; De Privilegiis, & Excessibus Privilegiatorum; De Purgatione canonica; De Purgatione vulgari; De purificatione post partum; Qui